

Decretum libertatis, & exemptionis.

Anathema contra violatores Privilegii huius.

Dat. die 27. Octobris anno Domini 1071. Pontif. Alexandri anno XI.

norem Dei, & prædicti Monasterii utilitatem cupientes hanc nostram constitutionem sempiterna stabilitate teneri, sancimus, & apostolica auctoritate firmamus, ut nullus Rex, Dux, Comes, Episcopus, Abbas, seu aliqua persona secularis, aut Ecclesiastica, jam sepe factum Monasterium, vel fratres ibi Deo servientes inquietare præsumat; nec aliquid eorum, quæ nunc jure habet, aut in futurum, Deo concedente, adquisierit, cujuscumque modi sint, ab eo alienare, aut invadendo diripere, nec aliqua occasione vexare, aut sine licentia Abbatis tenere audeat. Si quis autem temerario ausu hæc nostra statuta contaminare præsumperit, aut infringere; anathematis laqueo se innodatum, & judicio superni Judicis plestemum esse cognoscat. Qui vero pie devotionis intuitu hujus nostræ sanctionis custos & observator extiterit, & bona sua ad amplificationem ejusdem Monasterii contulerit, aut conferre studuerit, apostolicæ benignitatis gratiam consequatur, & æternæ retributionis gloria repleatur. Bene valete. Datum Laterani VI. Kal. Novemb. per manus Petri S.R.E. Presbyteri Cardinalis, & Bibliothecarii anno XI. Pontificatus Domini Alexandri Papæ: anno videlicet Dominicæ Incarnationis millesimo septuagesimo primo. Indictione X.

X X I V.

Concessio Privilegiorum Monasterii Floriacensis, bonorumque ad illud spectantium confirmatio.

In Inventario scripturarum authenticarum editis in anno a Bolco Biblioth. Floriac. pag. 142.

Exordium.

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei, Guilelmo venerabili Abbati Floriacensis Monasterii, ubi venerabile Corpus Beati Benedicti requiescit; ejusque successoribus regulariter intrantibus, in perpetuum.

Papa Pastor generalis.

Papa Abbatem Fratrem vocat.

SI in Apostolica Sede prædenti hæc sollicitudo & cura singularis incumbit, ut ex ipsa consideratione regiminis omnibus Ecclesiis, & venerabilibus locis tam in temporali defensione & corroboracione diligentiam, quam in spirituali speculatione & doctrina, quantum Deo auxiliante prævalet, vigilantiam adhibere debeat; valde congruit, ut earum proventus & utilitatibus, quæ sub tutela sanctæ Romanæ Ecclesiæ specialiter constitutæ sunt, tanto impensioris curæ studium impertiatur, quanto & generalis providentiæ corpus eum cæteris, & singularem apostolici privilegii lineam præ cæteris fortiantur. Nos itaque in apostolatus administratione, non nostris meritis, sed divina locati gratia, petitionibus tuis, charissime fili & frater in Christo Guilelme, cum omni charitate & benevolentia consentientes, venerabili loco, cui præesse dignosceris, tibi quoque tuisque successoribus, nostræ apostolicæ defensionis & confirmationis privilegia, prædecessorum nostrorum statuta servantes, impendimus; statuentes, & apostolica auctoritate corroborantes, ut ipsum Monasterium & possessiones ejus, res tam mobiles quam immobiles, seu cujuscumque modi bona sint, quæ nunc ibidem juste sunt collata, vel in posterum Deo annuente a fidelibus conferenda, sine omni inquietudine sub tua tuorumque successorum gubernacione firma & inconculsa permaneant, ut nulla

potestas secularis, Ecclesiastica, seu aliqua persona magna vel parva, idem Monasterium vel ejus pertinentia invadere, vel comminere, aut in quocumque molestare audeat; nec subjectas illi personas sine voluntate Abbatis distringere; vel quidquid fiscus exigit, aliquo modo præcipere præsumat. Addimus etiam, ut quia venerabilis Pater Benedictus, Monachorum legilator, ex divina gratia Dux est monasticæ religionis, sit etiam, qui eidem Monasterio præfuerit, primus inter Abbates Gallie. Nec aliquis de ordine Sacerdotali, Archiepiscopus scilicet, aut Episcopus, aut inferioris ordinis, cum inquietare, nec contra voluntatem ipsius ad idem Monasterium venire, aut aliquam ordinationem facere, vel Missas celebrare præsumat. Ut omni tempore quieti & securi absque omni molestia vel controversia Monachi in eodem Monasterio Deo servire possint. Abbas vero, qui ordinandus ibi est, cum electione Fratrum propter vitæ meritum, & honestatem morum, & non propter turpia lucra, seu pro pecunia eligatur; & absque ulla calumnia a quocumque Episcopo, prout sibi placuerit, benedicatur.

De Sacerdotibus vero aut Diaconibus ordinandis id observetur, quod in regula præcipitur: Ne saltem aliquis Episcopus subjectionem ab eis requirat, quos ordinaverit: Nec unquam officio dignos ordinare differat.

Denique, si contigerit, ut Abbas accusetur criminalibus causis, non unius Episcopi judicio determinetur sententia, sed Provincialis Concilii expectetur censura; aut si forte maluerit appellare Sedem Apostolicam, res ad Romani Pontificis deferatur audientiam. Et quotiescumque necessitas urgebit eum venire Romam, ei in omnibus liceat. Sed & solvendi & ligandi eam potestatem habeas, quam antecessores tui per Romana privilegia probantur habuisse. Quod si peccatis habitatorum Terræ exigentibus, excommunicationis anathema ad eos pervenerit, id privilegii eidem Monasterio indulsumus, ut fratres ejusdem Congregationis, exclusi aliis omnibus, ipsi absoluti Divinum Officium peragant. Visum quoque nobis est, ut hanc licentiam eidem tribuamus: ut fratres, qui in quibusdam Cœnobiis degunt, quod vivere regulariter nequeant, si voluerint studio meliorandæ vitæ, ad ipsum Ducem Monachorum confugere, permittatur eis in eodem Cœnobio tamdiu degere, si contenti fuerint monastica consuetudine, quousque in suis Monasteriis videatur Ordo redire. Permittimus etiam, ut si alicujus de ipsis Fratribus onerosa conversatio fuerit, ipse potius cum suo detrimento discedat, quam alios inquinet.

Hæc igitur omnia, quæ hujus præcepti decretique nostri pagina continet, tam eidem Abbati, quam cunctis in eo, in quo est, ordine locoque successoribus, in perpetuum servanda decernimus. Si quis vero Regum, Sacerdotum, atque quarumlibet personarum, hanc constitutionis nostræ paginam agnoscentes, contra eam venire temptaverit: vel de Ecclesia sanctæ Mariæ cum omnibus appendiciis, pertinentibus ad ipsam Ecclesiam, quæ est in Castro sancti Bricii, quam Robertus Dominus ipsius Castri ipsi Monasterio contulit, aliquid abstulerit; potestatis honorisque sui dignitate careat; reumque se Divino judicio existere de perpetrata iniquitate agnoscat. Et

Decretum confirmationis, ac libertatis bonorum ad Floriacense Monasterium spectantium.

Abbas Floriac. ratione corporis S. Benedicti primus inter Gallie Abbates. Eiusdem omnimoda exemptio ab Episcopali jurisdictione.

Abbas a Monachis eligendus, & a quo placuerit Episcopo benedicendus.

Episcopi nullam subjectionem a fratribus possint exigere, dum eos sacris intuant, vel Sacerdotes ordinant.

Abbas Floriacensis tantum a Provinciali Concilio, vel Papa judicari possit.

Floriacenses possunt recipere omnes Monachos studio meliorandæ vitæ: Et ejicere omnes discipulos.

Confirmatio Privilegii huius.

Atque anathema contra ejus violatores.

Signum Alexandri PP.

Dat. die 7. Novemb. anno Domini 1071. Pontif. Alexandri anno XI.



NEZ

Datum Lucæ VII. Idus Novembris per manus Petri sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, anno XI. Pontif. Domni Alexandri Papæ, Indictione decima.

X X V.

Monasterium S. Prosperi (nunc S. Petri) Regiensis Ordinis Casinensis in protectionem Sedis Apostolicæ recipitur, ejus bona confirmantur, novaque eidem conceduntur privilegia.

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei, dilectissimo & reverendissimo filio Gisberto Abbati venerabilis Cœnobii sancti Prosperi Confessoris Christi, ubi sacratissimi ejus cineres conditi, & ossa reservantur, subter Civitatem Regium constituti; & per eum cunctis successoribus ipsius inibi regulariter promovendis, in perpetuum.

Margarin Bullar. Casin. Par. II.

Præmium.

Abbas Monasterii S. Prosperi electionem secundum S. Benedicti regulam faciendam confirmat.

Vid. superius.

Quemadmodum regi, defendi, & gubernari ab illo, a quo sumus, optamus, ita per universum orbem christianum, juxta quod nobis commissum esse constat, a singulis provisoribus Ecclesiarum Dei, prout cuicumque eorum expedit, sperare non dubitamus. Ideoque huic operi tanto vigilantius insistere debemus, quanto, permittente Deo, malefactorum sevitiam hoc tempore adversus ovium Domini Pastores, nullo resistente, essetam attendimus. Quopropter justa & salubri suggestionem tua, carissime frater Gisberte Abba, ad utilitatem tuam successorumque tuorum commoti & commoti, per hujus nostræ apostolicæ constitutionis paginam confirmamus & corroboramus venerabili Cœnobio sancti Prosperi Regiensis Episcopi, ut electio & ordinatio Abbatis ipsius Monasterii fiat omnino secundum regulam S. Benedicti. Et quia sanctæ recordationis Domini videlicet Stephano Papa sanctissimo privilegium, & a beatissimæ memoriæ Conrado, & Enrico ejus filio, Imperatoribus, ac nonnullis aliis Regibus præcepta, & a venerabili Sigefredo, & Adelberto prædictæ sanctæ Regiensis Ecclesiæ Episcopi Bull. Rom. Tom. II.

pis decreta, non solum de ipsa Abbatum electione, verum & de omnibus rebus, ipsi Monasterio juste acquisitis vel acquirendis, condant; secundum tenorem illorum, & quod majus est, secundum veritatis & justitiæ rationem, per hujus nostræ auctoritatis privilegium nominatim concedimus, atque decernimus ipsi venerabili Cœnobio sancti Prosperi, quod in tutela Beati Petri & nostræ successorumque nostrorum perpetuo suscipimus: Fundum ipsius Ecclesiæ sancti Prosperi sub urbe Regii sitæ, cum cœmeterio ipsius, & novem jugera terre, cum Cappella sancti Nazarii, quam a Præposito Ecclesiæ ejusdem sancti Prosperi, intra castrum ejusdem Civitatis sitam, per commutationem juste factam, Abbas, qui tunc temporis erat, accepit: Nec non & omnem illam terram de Corticella, vel in circuito ipsius Monasterii, quæ ab Episcopis vel Canonice ejusdem loci, vel a quibuscumque fidelibus jam dicto Monasterio data est: Insuper duodecim Mansos in Fossula, quatuor in Palude, quatuor in Campagnola, tres in Quingente, unum in Curtenova, unum in Gurgio, unum in Fossidunde, quinque in Bagnolo, & cappella sanctæ Mustiolæ cum suis pertinentiis, unum mansum in Crustulo veteri, unum in Vico de Sbragato, unum in Magno Casale, & cappella sancti Silvestri, cum Dominicatu de eadem villa Magno Casale: Tres Mansos in Regio, & Dominicatum Regii, Braidam Regis, & omnem terram prædicti Monasterii circa eandem Civitatem sitam: Tres mansos in Rodano, tres in Marmirolo, unum in Miano, unum in Bubianno, unum in Piano, unum in Mulazzano, unum in Planzo, unum in Castro Oleriani: Et Curtem de Naffeto cum Lama Fraularia, & a Campo, & Rivum de Naffeto, quæ a Carolo Rege pissimo per præceptum juxta fines ibi designatos Regiensis Ecclesiæ data esse dignoscitur; & terram, quam dedit Rolandus Filius Eriberti: In Muti lena quatuor Mansos cum Cappella, & quadam parte Castri: In Albinea quatuor Mansos, & Cappellam sanctæ Mariæ in Pignano cum Oliveto sibi adjacente: In Vergnano duos Mansos, & octo Mansos, quos dedit Ardicio Filius Attonis, Filii Gandulphi; & Cappellam sancti Damiani in Medula, quam dedit Ubertus; vineam cum septem Mansibus; Cappella sancti Petri in Convanello cum omnibus suis pertinentiis: In Spetiano unum mansum: In sancto Floriano unum: unum in Monte Barazonis: & quamdam partem in Cappella sancti Martini in Revere, & quatuor partes in prædicta Revere duas in Ecclesia sanctæ Mariæ, unam in sancto Florentino, unam in sancto Laurentio; duos mansos in Pulianello: & quicquid intra Italicum Regnum juste possidet, vel si non possidet, juste possidere debet. Itaque tam ea, quæ prædiximus, quam quæ devotione quorumcumque Fidelium juste acquisitura deinceps fuerint, in perpetuum sine alicujus inquietudine, ut præfatum Monasterium sub tutela Beati Petri perpetually suscipimus, possidere apostolica auctoritate sancimus. Illud etiam ob reverentiam tanti Confessoris, præcipique Domini, præsentis auctoritate tibi, dilectissime Fili Gisberte Abba, tuisque successoribus, & quibus tu, vel quem supradicti Monasterii Fratres jusserint, in sacerdotali officio positus, apostolico Privilegio concedimus, ex charitate, quæ Deus est, in virtute sancti Spiritus, auctoritate Beati Petri cœlorum

Monasterium sub protectione Sedis Apostolicæ suscipitur. Bona ejusdem enumerantur, & confirmantur.



XXV

De Monachis in Cantuariensi Ecclesia non expellendis.

Simile omnino Decretum leg. superius inter Leonis IX. Const.

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei, reverendissimo fratri in Christo Lanfranco, Venerabili Cantuariorum Archiepiscopo, salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex Alford. loc. cit. ad annum 1072. num. XIX.

Accepimus a quibusdam, venientibus de vestris partibus ad Limina sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, quod quidam Clerici, associati sibi terrena potestatis, laicorum videlicet auxilio, diabolico spiritu repleti, moluntur de Ecclesia sancti Salvatoris in Dorobernia, qua est metropolis totius Britanniae, Monachos expellere, & Clericos inibi statuere. Cui nefario operi molitionis suae hoc adicere conantur, ut in omni Sede Episcopali Ordo Monachorum extirpetur; quasi in eis non vigeat auctoritas religionis. Qua de re zelo Dei compulsi scrutinium de privilegiis Ecclesiarum fieri praecipimus, & venit ad manum statutum praedecessoris nostri, beate memorie Gregorii Majoris, de Ecclesiis Angliae; quomodo scilicet praecipit Augustino gentis vestrae Apostolo, ut ejusdem Ordinis viros, cujus & ipse noscitur esse, poneret in praefata Sede Metropolitana. Cujus praecipitio inter alia haec subnexa sunt. Quia tua, inquit, fraternitas, Monasterii regulis erudita, in Ecclesia Anglorum, quae nuper auctore Deo ad fidem perducta est, hanc debet conversationem instituire, quae initio nascens Ecclesiae fuit Patribus nostris, in quibus nullus eorum ex iis, quae possidebat, aliquid suum esse dicebat; sed erant illis omnia communia, quam communionis regulam Ordinis Monachorum permaxime congruere, nemo qui dubitat. Hinc habetur epistola Bonifacii, qui quartus a beato Gregorio Ecclesiae Romanae, cui auctore Deo praesidemus, praesuit; quam Athelberto Regi Anglorum, & Laurentio Archiepiscopo praedecessori vestro misit: In qua quibusdam praemissis, hujusmodi censura anathematis usus est.

Causa Decreti.

Gregorii PP. ad Augustinum Epistolae fragmentum.

Aquisdemque jurisdictione ecclesiastica vel seculari liberum declaratur.

Irritum, quid quod contra hoc privilegium actum fuerit, decernitur.

De electione Abbatis absque venalitate, & favore scienda.

Excommunicatio adversus violatores hujus Privilegii.

Dat. die 12. Martii anno Domini 1072. Pontif. Alex. Anno XI.

Clavigeri confirmamus, ut populis per saecula undequaque sanctissimi Confessoris suffragia expectando concurrentibus: sive ipsius terrae incolis ad eandem Ecclesiam convenientibus: ad honorem Dei & beatissimi Prosperi Confessoris devotius super ipsius sacris Reliquiis solemnes & publicas Missas celebrare, & pane Verbi Dei eos congrue reficere; atque saepius praenominati Domini & magni Patroni, videlicet Beatissimi Prosperi, meritis, & nostra praesenti auctoritate roborati, eorum devotas confessiones suscipientes, vestrorum ipsarum, aliorumque orationum, sermonum quoque, vigiliarum, jejuniorum etiam, & elemosinarum illis subministrantes praesidium, delictorum eorum expiandorum conferatis solatium. Praecipimus quoque, ne quis ejusdem Civitatis Episcopus, sed nec quidem aliquis Primas, vel Metropolitanus, aut quilibet parva magnaque Ecclesiastica, saecularive persona quidquam eorum, quae supra taxavimus, pervertere audeat; sed nec aliquam potestatem exercere contra eundem vestrum Coenobium, neque quavis occasione inibi Missas celebrare, aut ordinationem aliquam quamvis parvissimam, sine voluntate Abbatis & Fratrum, agere; aut excommunicationem contra eos ferre, vel aliquid officium aut sepulturam mortuorum concedere audeat, qui non vult aeternaliter damnari, & perpetuo anathemate ferri. Quod si aliquo umquam tempore apparuerit aliquis, qui contra haec ire velit, auctoritate Beati Petri, ut praediximus, irritum habeatur, quod praesumpserit appetere; neque a te, vel a tuis successoribus obediatur. Porro, super electione seu ordinatione Abbatis, in quod maxime salus Coenobitarum competit, hoc in fine repetimus, ut tanto tenacius hereat praesentium & futurorum mentibus, quanto pro sui speciali vel singulari utilitate inculcatur crebrius. Si quis ergo quocumque ingenio per aliquam venalitatem vel humanam gratiam, defuncto Abbate, successorem ei subrogare praesumpserit; aut aliter, quam a Beatissimo Patre nostro Benedicto constitutum est, in electione vel ordinatione Abbatis egerit, electio illa vel ordinatio auctoritate sanctae Romanae & Apostolicae Sedis omnimode habeatur irrita; & auctores ejus vel mediatores, nisi resipuerint, perpetuo damnati sint Anathemate Maranata. Hinc hujus Privilegii transgressor, quicumque temere tentare praesumpserit, districto anathemate se condemnatum noverit, nisi forte respiciens, digne satisfecerit. Qui vero devotus conservator extiterit, divinis repleatur benedictionibus, & Principis Apostolorum auctoritate ab omnibus delictorum suorum absolvetur nexibus. Amen.

Datum Lucae quarto Idus Martii per manus Petri Sanctae Romanae Ecclesiae Presb. Cardin. & Bibliothecarii; Anno XI. Pontificatus Domini Alexandri II. Papae; Dominica vero Incarnationis MLXXII. Indictione X.

lo subiaceat, quoadusque, quod temerario ausu peregit, Deo placita satisfactione poeniteat, & hujus inquietudinis vestrae emendationem promittat. Unde, quia ratione dictante, quieti Ecclesiarum utile esse perpeximus, praesens Decretum supranominatorum Patrum confirmamus, & vice Apostolorum sub eodem anathemate eos constringimus, quicumque huic obviare contulerint.

conferenda, eo tenore & auctoritate ad communem usum fratrum ibidem Deo famulantium, decernimus & corroboramus; ut communem & regularem vitam ducentes, nihil de bonis Ecclesiae Praeposito & singulari usui vendicent. Ut haec igitur nostra decreta adjuvante Domino undique firma illibataque permaneant, apostolica auctoritate constituimus, ut nullus Rex, Imperator, Dux, Comes, Episcopus, vel Archiepiscopus, seu aliqua persona saecularis aut Ecclesiastica, praefatam Ecclesiam ab eo statu & ordine, quem superius confirmavimus, divellere, aut aliqua perturbatione impedire praesumat, vel quicquam de rebus & bonis Ecclesiae invadere, aut diminuire, vel ab usu fructuum subtrahere audeat. Siquis autem contra hujus nostrae Sanctionis decreta temerario ausu venire tentaverit, usque ad dignam satisfactionem anathematis laqueo se irretitum noverit. Qui vero haec eadem fideli devotione observare curaverit, divinae remunerationis gratiam, & apostolica benedictionis hic & in futuro consequatur abundantiam. Datum Romae V. Non. Martii per manus Petri Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyt. Cardinalis ac Bibliothecarii, Anno XII. Pontificatus Domini Alexandri II. Papae, Indictione XI.

Omnia haec ad commune tantummodo usum deservire decernit. Decretum pro immunitate Ecclesiae ejusdem.

Dat. die 3. Martii anno Domini 1073. Pontif. Alexandri anno XII.

XXVII.

Ecclesia, ab Altmanno Pataviensi Episcopo ad regularem Canonicorum vitam in territorio Pataviensi constructa, confirmatur.

Ex Tom. II. Metropolis Saliburgens.

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei, dilecto fratri in Christo Altmanno Pataviensi Episcopo, & per eum Ecclesiae, quam in territorio ejusdem civitatis in portu Reni fluminis construxit, & in honore Sanctae Trinitatis, & Passionis Domini nostri Jesu Christi, sanctorum Andreae apostoli, Pantaleonis martyris, & sancti Nicolai confessoris consecravit in perpetuum.

Exordium.

Convenit apostolico moderamini religionis desideriis & petitionibus ea benignitate, & pietatis studio condescendere, effectumque praebere; ut, dum spiritualis auctoritas officii sui debitum peragit, dum pia fidelium statuta roborandum venerabilibus locis praesidium defensionis impendit, hinc effectus supernae retributionis lucratur initium, quod in parando beneficio non minor fuit caritas, quam potestas; hoc enim & bonorum studiis spe proficiendi augmentum tribuit, & opus proprium fructu protectionis Deo acceptabile reddit. Itaque, dilecte frater, carissima sancti Petri filia imperatrice Agnete semper Augusta indicante nobis, te in Suburbio civitatis tuae juxta portum praedicti fluminis Reni, ad communem & regularem Canonicorum vitam Ecclesiam construxisse; & ut eam juxta propositum tuae devotionis & constitutionis, apostolicis privilegiis firmarem, tum ipsa partes tuas referente, tum ipso pro te sanctissimo desiderio postulante, tanto propitius utriusque voluntati annuendum esse judicavimus, quanto & tua vota justa esse certius intelligimus, & illius desideria divino accensa spiritu ubique prosperari cupimus. Concedentes igitur tibi, & praefatae Ecclesiae hujus nostri apostolici decreti privilegium, sancimus & apostolica auctoritate statuimus, ut clerici, qui vel nunc in eadem Ecclesia sunt ordinati, sub communi semper vita, & claustrale conversatione consistant; Ad quorum communem usum confirmamus, & incommutabiliter tenenda decernimus, determinate quidem, & ea quae praenominata Imperatrix Augusta pro remedio animae suae donavit.

Confirmatio bonorum huic Ecclesiae datorum.

Enumerat possessiones tam ab Imperatrice, tum ab Episcopo huic Ecclesiae donatas.

Hec, inquam, omnia, & quaecumque etiam innominata bona eidem Ecclesiae vel nunc juste collata sunt, vel in posterum Deo disponente.

XXVIII.

Confirmatio Bonorum, ac Privilegiorum concessio Eremitae Campi Amabilis Congregationis Monachorum Eremitarum Camaldulensium.

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei, dilecto filio Rustico Priori, & cunctis ejus Congregationi, de loco, qui dicitur Campus Amabilis, in perpetuum

Nulli fidelium venit in dubium, quin Sedes Apostolica, eo quod princeps existat omnium Ecclesiarum, omnibus hoc jure, & debita sollicitudine, Ecclesiis praesse debeat, ut non solum eas catholicae Religionis unitate concludat, sed generaliter ab his, quae extrinsecus promoventur, sua auctoritate salvet & munit. Inter quas tamen complures inveniuntur, quae speciali & propria commendatione in tutelam ejusdem Sedis Apostolicae se contulerunt, & speciali caritate & studio suae Matris amplexu, securiores & liberiores ab omni infestatione consistenter. Quas ut dignum erat, ita in suo sinu Romana suscepit Ecclesia, tantaque protexit undique diligentia, ut omnibus ornamenta, praesidia, nonnullis quoque & gratiam consecret amplificationis. Cujus rei nobis plurima exempla sanctissimi Viri praedecessores nostri reliquere, qui ante nos in ea, quam diximus, Apostolica Sede fulgentes, pro honore Ecclesiarum Dei, & earum exaltatione magis, quam pro vita aut salute sua, solliciti fuerunt. Novimus Monasteria plurima, & cetera Ecclesiastica bona, quae a religiosis Viris ad patrocinium & defensionem Apostolicae Sedis sunt delata, cum summa caritate ab illis suscepta, & Privilegio apostolice defensionis quasi muro munita firmissimo. In qua re quam sancte fecerint, & illorum nobis ostendit gloria, & ipsius rei tam fructuosa gratia. Nam

Praemium.

conferret

Decessorum Pontificum de Ecclesiarum bono sollicitudo.